

1. Spiritus meus attenuabitur, dies mei brevia-  
viabuntur, et solum mihi superest sepulcrum.  
2. Non peccavi, et in amaritudinibus mora-  
tur oculus meus.  
3. Libera me, Domine, et pone me iuxta te,  
et cuiusvis manus pugnet contra me.

4. Cor eorum longè fecisti à disciplinà; pro-  
pterea non exaltabuntur,

5. Prædam pollicetur sociis, et oculi filiorum  
ejus deficient.

6. Posuit me quasi in proverbium vulgi, et  
exemplum suum coram eis.

7. Caligavit ab indignatione oculus meus, et  
membra mea quasi in nihilum redacta sunt.

8. Stupebant justi super hoc, et innocens  
contra hypocritam suscitabitur.

9. Et tenebit justus viam suam, et mundis  
manibus addet fortitudinem.

10. Igitur omnes vos convertimini, et venite,  
et non inveniam in vobis ullum sapientem.

11. Dies mei transierunt, cogitationes meæ  
dissipatæ sunt, torquentur cor meum.

12. Noctem verterunt in diem, et rursum  
post tenebras spero lucem.

13. Si sustinero, infernus domus mea est, et  
in tenebris stravi lectulum meum.

4. Putredini dixi: Pater meus es; mater  
mea, et soror mea, vermicibus.

15. Ubi est ergo nunc præstolatio mea, et  
patientiam meam quis considerat?

16. In profundissimum infernum descendent  
omnia mea; putasne saltem ibi erit requies  
mihi?

VERS. 1. — SPIRITUS MEUS ATTENUABITUR, DIES MEI  
BREVIABUNTUR, ET SOLUM MIHI SUPEREST SEPULCRUM.  
Job hic prosequitur et explicat id quod, in fine capituli  
præcedentis, per circumventionem de instante sibi morte  
dixerat: *Semitam, per quam non revertar, ambulabo*;  
indicans instare jam extremam metam, à quâ ad car-  
ceres revocari non datur, cum labore angustè atten-  
nuatus spiritus, et deficiat liberè respirandi facultas.

1. En effet, toutes mes forces sont épuisées, mes jours  
ont été abrégés, et il ne me reste plus rien à espérer que  
le tombeau.

2. Je n'ai point péché, et cependant mon oeil ne voit rien  
que de triste et d'affligeant; je suis environné de gens qui  
m'insultent, et mon oeil voit sans cesse ce qu'ils font pour  
m'attrister.

3. Délivrez-moi, Seigneur, de ces maux; et s'il ne vous  
plait pas encore de les faire cesser, mettez-moi auprès de  
vous; honorez-moi de votre divine protection; et à vous  
cela, que la main de qui que ce soit s'arme contre moi.

4. Vous avez éloigné l'intelligence du cœur de ceux qui  
me calomnient et qui me persécutent; c'est pourquoi ils ne  
seront point élevés en ce jour où vous rendrez à chacun  
selon ses œuvres.

5. Celui-ci se flatte de remporter par ses discours une  
victoire sur moi, il promet déjà le baïn à ses com-  
pagnons; mais bien loin d'avoir cette vaine satisfaction, les  
yeux de ses enfants tomberont dans la défaillance, en  
voyant la défaite de leur père.

6. Il m'a rendu par ses calomnies la fable du peuple; et  
je suis devenu devant leurs yeux comme un exemple de la  
justice de Dieu sur les méchants.

7. L'indignation que j'ai de cette conduite de mes faux  
amis m'obscurcit les yeux, et elle me jette dans un tel  
abattement, que les membres de mon corps sont sans aucune  
force, et comme réduits à rien.

8. Les justes seront épouvantés de cet état où je suis,  
et des calomnies qu'on répand contre moi; mais bien loin  
d'y ajouter foi, l'innocent s'élèvera contre l'hypocrite, ou le  
faux ami qui en est l'auteur.

9. Et le juste demeurera toujours ferme dans sa voie; et  
celui qui à les mains pures, ou lieu de s'affaiblir en voyant  
ce que je souffre injustement, en deviendra plus fort, et en  
tiendra plus fortement attaché à Dieu, qui est l'auteur de  
sa patience et de sa fidélité, et qui en sera un jour le prix  
et la récompense.

10. Revenez donc tous aussi de vos préventions, et con-  
vertissez-vous; je vous en prie. Écoutez sans passion ce que  
j'ai à vous dire; et je vous ferai voir qu'il ne se trouve  
point de sage parmi vous, puisque nul d'entre vous ne peut  
comprendre qu'on soit affligé sans être coupable, ni qu'il  
y ait d'autres biens que ceux de ce monde pour récompenser  
les justes. Vous vous trompez. Ces biens terrestres, que  
vous me promettez, ne peuvent plus être l'objet de mon  
espérance.

11. Mes jours heureux se sont écoulés; et toutes les pen-  
sées de grandeur et de fortune que j'avais alors, ayant été  
renversées, ne servent plus qu'à me déchirer le cœur par  
leur triste souvenir.

12. Elles ont changé pour moi la nuit en jour, par les  
insomnies qu'elles m'ont causées; et elles ont fait que, toutes  
les nuits, j'attends avec impatience la lumière du jour qui  
paraît après les ténèbres, et que je m'espère plus d'autres  
biens que ceux que me procurera la mort.

13. Quand j'en espérerais d'autres, et que j'attendrais  
acceptation de la rétablissement de ma fortune, cette espérance  
seroit vaine et inutile, puisque le tombeau sera dans peu  
ma maison. Et ainsi je me suis préparé par avance mon lit  
dans les ténèbres, j'ai cherché mon repos dans l'ombre de  
la mort; et dans cette vue, j'ai commencé à tier amitié  
avec ceux qui m'y doivent accompagner.

14. J'ai dit à la pourriture: Vous êtes mon père; et aux  
vers: Vous êtes ma mère et ma sœur.

15. Où est donc maintenant toute mon attente? et qui  
est celui qui considère ma patience, ou qui fait attention  
aux maux que je souffre?

16. Je m'attends si peu à les voir finir en ce monde, que  
mon unique consolation est d'espérer que tout ce que j'ai  
descendra avec moi dans la profondeur du tombeau, et que  
là se termineront mes malheurs. Croyez-vous qu'un moins  
en ce lieu je puisse avoir du repos? et ne pensez-vous pas  
que la justice de Dieu viendra encore m'y tourmenter?

## COMMENTARIUM.

Vix enim, inquit, spiritum duco, quod est morientis  
indicium, et vitæ jam deficientis, que trahendo red-  
dendoque spiritu continetur; quare cum magna diffi-  
cultate respirandi diu non valet existere. Posset  
etiam sic explicari, ut spiritus animam significet,  
juxta quod in Genesi scribitur de hominis informa-  
tione, cap. 2, 7: *Inspiravit in faciem ejus spiracu-  
lum vitæ, et factus est homo in animam viventem.* Et

ita Chaldaeus hoc loco transfert: *Anima mea; q. d.:*  
*Animam ago, pereo, et vita mea consumitur.* Quæ  
explicatio Græcis arrisise videtur, qui ita vertunt:  
*Pereō spiritu agitato.* Quod verò, *attenuabitur*, dicit,  
est futurum pro præterito, phrasi Scripturæ usitatâ.  
Potest autem attenuatio spiritûs ad respirandi diffi-  
cultatem, quam vocant *dyssœny*, vel asthma, re-  
ferri, vel etiam ad attenuationem spirituum vitalium.  
At certè tot siberant in homine tabido mortis causæ,  
ut non multum referat hanc illamve disquirere.  
Rectè autem et elegantè attenuatæ compressæque  
respirationi junguntur dies decurtati, ut proxima et  
accelerata mors describatur, et nihil jam esse reliquum  
nisi sepulcrum, commune mortuorum domicilium.  
Hanc scilicet unam habet homo domum, que nomen  
non mutabit, quæque ad judicium usque perpetua  
erit. Ville, ædes præclæræ, horti, agri, prædia mille  
mutant nomina, et mille cum nominibus dominos;  
at sepulcrum nomen incisum cum Domino semper  
reinet, juxta illud, Psal. 48, 12: *Sepulcra eorum  
domus illorum in æternum*, id est, usque ad seculi con-  
summationem. Qui hæc animo versat terrena flocci  
faci, coelestia concupiscit, juxta illud S. Hieronymi  
ad Paulinum: «*Facile contemnunt omnia qui se sem-  
per cogitant esse mortuum.*» Illud tamen afflictum  
Jobum vehementer angebat, quòd cum non peccasset,  
tanquam flagitiosissimus homo torqueretur; quare  
sic conqueritur:

VERS. 2. — NON PECCAVI, ET IN AMARITUDINIBUS MORA-  
TUR OCLUS MEUS. Quasi dicit: Nihil à me admis-  
sum propter quod usque adeò vehementer cruciari  
debeam, et tamen oculi mei nihil experiuntur non  
amaram, qui jam lacrymarum assiduitate labescunt,  
et nihil vident quod exhilaret animum, imò quod non  
augeat dolorem. Oculum enim in amaritudinibus  
morari, idem est quod diu flere, longum fletum effun-  
dere, fletum, inquam, amaritudine plenum, qui  
fortassè somnum abigeat, ut noctes fletu insomnes  
duccens, rectè morari, sui cunctari, vel diutius amarè  
flendo perseverare dictus sit. Quo sensu autem Jobus  
à peccato se immem dicit, cum tamen se aliquando  
eidem obnoxium fuisse fateatur, in superioribus sæpè  
dictum est, nempe hominum judicio, qui externa  
tantum opera considerant, aut comparatione pena-  
rum, quibus Dominus non nisi gravissima peccata  
punire solet, qualia in se non inveniebat Jobus. Vide  
quæ ad cap. 6, vers. 2, et cap. 9, vers. 2, et 20, 29,  
50, etc., dicta sunt. Ultima autem pars hujus versicu-  
li similis est versus primo capituli decimi, ubi vide  
uberiores ejus explanationes.

Pulchrè autem aptè ad hunc locum B. Laurentius  
Justinianus, lib. de casto Connubio verbi et animæ  
cap. 15: «*Præstantius, inquit, est, innocenter hu-  
militari quam justè; nam innocentia meritum cumulat,  
justitia autem persolvit debitum. Justè quippe  
propheta sanctus humiliatum se agnovit, qui post  
violati proximi thorum, post, contra Dei voluntatem,  
populi numerationem, post perpetratum homicidium  
ajebat, Psal. 118, 67: Præquam humiliarer ego deli-*

*qui. Justè quoque propheta alius se et populum Dei  
humilitatis confitebatur, cum lacrymosa prece diceret  
«*Domino, Dan. 9, 5: Peccavimus, iniquitatem feci-  
mus, impiè gestimus, et recessimus, et declinavimus à  
mandatis tuis atque judiciis; neque enim in justificatio-  
nibus nostris prosterimus preces nostras ante faciem  
tuam, sed in miserationibus tuis multas; propter pec-  
cata quidem nostra et iniquitates patrum nostrorum  
«*Jerusalem et populus tuus in opprobrium sunt omnibus  
«*per circuitum nostrum. Innocenter verò humiliatus  
«*fuerat Job, vir utique simplex et rectus, ac timens  
«*Deum, et recedens à malo, qui post amissam sub-  
«*stantiam, post naturam interitum, post vulnenum  
«*ciatrices et vermium rosionem, in suâ perseverans  
«*innocentiâ, dicebat confidenter: Non peccavi, et in  
«*amaritudine moratur oculus meus.*»*********

Lectio Hebraica hoc loco plurimum videtur à Vul-  
gata distare, sed utramque Sanctius noster optimè  
conciliat, ut eadem sit, aut certè non admodum di-  
versæ sententiæ. Sic autem est Hebræicè: *Profectò  
illusores aut mendaces mecum.* Ita nimirum appellat  
suos falsos amicos, quia dicebant ipsum esse sceleratum,  
et propter sua peccata tam acerbè puniri; quos  
dum mendaces dicit atque illusores, non obscure  
docet in se nullum esse peccatum; quod idem est  
atque: *Non peccavi.* Græci hunc versiculum cum  
sequenti confuderunt, unum ex duobus suâ versione  
facientes, et aliam sententiam reddentes: ita enim  
convertunt: *Supplicio laborans; et quid faciam? furatè  
autem sunt bona mea externi.* Quis est hic? manū  
meæ colligat. Ubi illud, *supplicio laborans*, respondet  
istis Vulgati verbi: *In amaritudinibus moratur oculus  
meus*, quod Septuaginta sic intellexerunt, ac si Job  
dicat oculos suos in Deo morari, id est, in tantis  
ærumnis ad Deum solum esse conversos, ipsius opem  
implorando, sicut dixit David, Psal. 125, 1: *Ad te  
levavi oculos meos qui habitas in caelis*, etc. Illud au-  
tem: *Furatè sunt bona mea externi*, respondet ei quod  
in Hebræo esse diximus: *Profectò illusores aut men-  
daces mecum.* Quod in Catena exponitur de Chaldaicis  
aliquæ prædonibus, qui primo capite narrantur Jobi  
bona diripuisse, illicque illisise. Porrò illud: *Quis est  
hic? manū meæ colligat*, idem est ac si dicit: *Quis  
mecum vult in judicio disputare? ad manum meam  
albiget, ut unâ ad divinum tribunal deducamur,  
Dei judicium subituri.* Quod respondet versus sequenti.

VERS. 3. — LIBERA ME, DOMINE, ET PONE ME JUXTA  
TE, ET CUIUSVIS MANUS PUGNET CONTRA ME. Ser-  
monem hic ad Deum convertit suorum amicorum  
illusionibus ac deceptionibus fatigatus, à quibus ex-  
pediri ac liberari desiderat. Et hoc est quod extenso  
quodam et generali sensu in suâ versione Vulgatus  
expressit. In fonte tamen aliqui specialius, nempe  
quasi modus, quo hoc exequi debeat, continetur.  
Cum enim de litigando sit sermo, ut à solità litigan-  
tium inquietudine, quam patitur, liberetur, et ut  
evidentiùs de suâ contestatâ innocentia constet, pos-  
tulat à Deo, ut ipsemet causam suam iudicet, ne



amplius cum prædictis illis illusoribus amicis suis agenda et ligandis sit.

In Hebræo est: *Pone fideiusionem meam tecum*, id est, fideiube, seu promitte, quod apud te, et non apud homines causa mea agetur, et tuo, non humano iudicio causa delinatur, tum neminem timebo. Ita Tirinus noster, Stunica, et alii. Est enim iudicium firmissimum innocentium præsidium, sicut dicit Apostolus, Rom. 8, 31: *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat, quis est qui condemnet?* Hoc est, inquit Cornelius, scutum impenetrabile patientie sanctorum, quo excipiunt et elidunt omnia hostium jacula; q. d.: Deus est qui hosce electos, puta fideles suos, à peccatis, et ab intentata peccati et dæmonis actione absolvit, justosque pronuntiat. Quis ergo diabolus, inquit D. Anselmus, vel homo contrarius damnationis sententiam in eos ferat? q. d.: Nemo, nisi frustra; aut quid noceant eis accusationes et damnationes hominum, cum Deus eos justificat? Idem dicit Isaias, cap. 50, 8: *Iuxta est qui justificat me, quis contradicit mihi? Ecce Dominus Deus auxiliator meus, quis est qui condemnet me? ubi pro condemnet me, Hebræice est, iarschihen, id est, injustum vel impium me faciet, hoc est, impium me iudicabit et declarabit.*

Habet sanè illa Dei expetita propinquitas pondus maximum ad animum roborandum; quod theologi rerum internarum consulti bene norunt. Evenire quippe solet, ut viri planè pessimi, ariditate molestissima gravissimisque Dei repulsis ac tentationibus veluti fracti, videantur sibi expositi jaculis hostium acerrimorum, à quibus mors peracera inferenda sit; qui tamen, statim ac Deus se adesse, proximè agere et favere velle significat, robur immensum concipiunt, et cum tartaro universo se conligere posse persentiant. Merito igitur Jobus terribè repulsus, orat: *Pone me juxta te*, ac si dicat: Satis graviter merejecisti, ex quo imbecillis effectus contabui; nunc ergo fare dejecto, fac tibi propinquum, tuoque præsidio me defende, nec ullum congressum formidabo.

Ad hoc scutum et fidele præsidium recurrerunt semper omnes saneti, et imprimis David, ut è dulcibus ejus odis intelligi potest; qui cum inde misericordiam animi letitiam spemque hauriret, ad præstantem illam fiduciam celebrandam et cum cæteris hominibus communicandam, Psalmum insituit, quem exultans in hunc modum inchoavit: *In Domino confido*. Sentiebat enim, et sicut ea, que oculis cernuntur, animadvertiebat, in mediis difficultatibus et ærumnis vite se divino clypeo tegi atque defendi. Quare Psalmi titulum fecit: *versus victorie effectori*, vel, ut alii legunt, *triumphi*, *Davidis carmen triumphale*. D. Chrysostomus eundem Psalmum exponens, miratus p. viri fiduciam et inusitatum Dei protegentis humanitatem, spem illam recurrentis ad Deum titulis ornat multis et honoratis, et vocat præsidium inextinguibile, turrim, que capi et everti nequit, murum

insuperabilem, invictum armorum genus; addit portum tranquillam. In quo doctissimus ille pontifex respectum habuisse videtur ad Hesiodi poete magni et prudentis inventum, qui in Heraculis scuto pictum ait expressumque fuisse portum tantum indomitæ maris, ut significaret viros magnos præstantesque herooas, quos etiam acuta terræ sanetissimum vatum oracula nominare consueverunt, portum et per fugium aliis concedere, ut si quando in medio veluti gurgite periculosissimarum calamitatum deprehensi, ducti inviolæ circumacti, aut procellâ superbientium inimicorum elisi obrutique fuerint, ad eos tanquam in sinum placidissime stationis appellent, et sub eorum scuto recreentur. Quod verò divinitus scutum aut heracium magis cogitari potest quam illius potentissimi Filii verè Jovis, quem Dominum Sabaoth, hoc est, Principem victorum exercituum atque duces Scripturæ nominant? qui jam inde ab eo temporis puncto, quo naturam nostram ut sponsam sibi admirabiliter conjunxit, factus est bellator inclutus atque magnanimus, scuto, gladio et latâ illâ insignique lorici munitus, non ferro, ut de regno juvene dixit Homerus, *Iliados* i, vers. 295, *παρὰ δ' αὖτε*, sed virtutum omnium splendore collucens. Sic enim Epithalamium canens sonorus David, non prius sponsam quam militem insignit, armatumque induit spolia jam legentem, et triumphantem, Psal. 44, 4: *Acchinge gladio super femur tuum, potentissimus, etc.* Verum non sibi, sed nobis armatur. Gladius ille fulmineus est gladius nostræ glorie, aureum illius scutum nostra protectio, nobis meret, belligere nobis, et vincit. Quare loquens pius vates de justo, et præsertim Christiano, hanc illius felicitatem ita prædicat, Psal. 120, 5: *Dominus protectio tua super manum dexteram tuam*. Quo in loco S. Chrysostomus loquendi modum vult petita à bellis, et describi Deum ut *καταστήσει*, quem Gaza dicit *adstet*, Nicophorus *ἀντιπαραστήσει*, scutum, *pellastam*, clypeo defendentem. Fuerunt enim in prælio adites, qui ad bellantium latus harerent, atque armorum suorum objectu et fortissimi animi contentione eos tenerent. Deus igitur est parastat noster et protectio ad manum dexteram, quasi tegat assiduissimè latus, et potentissimè suâ manu defendat, ubique adsit et volitet, nobis lauros et victoriam concillet, tutos et beatos reddat. Sunt quidem nostræ manus debiles, atque omni præsidio nudæ, si natura spectetur atque humanæ mentis infirmitas; sed si magnus ille bellator et cælestis militiæ princeps nobiscum fuerit, juxta manum dexteram nostram in eo faciemus virtutem. Ille igitur ille oris aurei præsul ait significari benevolentissimi Dei custodiam *ἐκείνου*, suis numeris absolutam, acerrimam, et presentissimum auxilium dignum Deo, cujus item favor in dextera, ut arcano in symbolo notatur: *Dominus protectio tua super manum dexteram tuam*. Apud Septuaginta est *οὐρα*, umbraculum, sive, ut habet D. Augustinus, *tegumentum tuum*; quod sensu non discordat, cum ad scutum referatur, quo tegitur. Nam cum Deus super caput nostram clypeum suum exten-

derit ut adamantium umbraculum, nullum cæli fulmen est tam igneum et vibrans, nulli hominum doli tamque inmanis crudelitas, in audaciorum geniorum nulli impetus tam violenti atque furiosi, quos non suo umbone divino repellat; in tuto sumus, tegumento illo forti et robore defensi; quod est obmirari ad salutem atque victoriam, ut alio in loco dicit Propheta, Psal. 150, 8: *Obumbrasti super caput meum in die belli*. Ubi in Hebræo est *suechota*, id est, *protectisti*. Atque ut olim, Josue clypeum attollente, vis Hebræis et robur accrescit, urbs Ilii capitur, hostes intereptione delentur, Dei populus gestit et triumphat, sic mundi amator Jesu scutum elevante, providentia luce latè fulgurans vigor nobis in animum ianmittitur, difficultates minuuntur, vaneunt pericula, insidiantes vitæ nostræ et salutis inimici obruntur.

Hinc, ut dixi, leta piorum fiducia, hinc Jobi ille enthusiasmus Dei præsidium agnoscentis, et animi confirmantis: *Pone me juxta te, et cujusvis manus pignet contra me*. Sed quoniam modo quisque juxta Deum ponitur, nisi quatenus cogitatione, quod Deus adest, et auxilio suo præsto est, ad pugnandum roboratur? Egregie quidem Macarius Ægyptius, hom. 45: *Velut sarmenta, inquit, in igneo projecta facultati ignis resistere nequeunt, sed statim exarunt, ita dæmones, qui bellum inferre volunt homini Spiritu sanctum adepto, uruntur et absumentur ab ignis divini potentia, modo homo Domino semper adhaeret, fiduciam et spem habens in eum. Ac si fuerint dæmones robustis montibus fortitudine pares, tantquam ab igne cera, comburentur ab oratione.* Optime id dictum est, quoniam, ut S. Joannes ait in Epistola sua, cap. 4, 4: *Majior est qui in vobis est quam qui in mundo*. Eo ergo nobis assistente facile à malignarum potentatum incursum protigimur.

VERS. 4. — COR. IEREM. (1) LONGÈ PERICIT A DISCIPLINA; PROFEREA NON EXALABUNTUR. Rationem animi reddit, cur cum illis amicis suis amplius agere nolit, quia videlicet mentes eorum erant vacuæ sapientia, et verâ rerum cognitione private, neque intelligebant longè inter animi corporisque bona differre, sed censabant veram virtutem ex externa fortunâ esse æstimandam. In quâ re gravissimæ quidem offensionis, nisi attentissimæ, periculum est, adeò ut David in simili periculo versatus de se diceret, Psal. 72, 2: *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei*. Et ipse Job capite duodecimo ait: *Deridetur justus simpliciter, Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum*. Quod ex Hebræo etiam verti potest: *Parata ad offensionem pedis*. Hæc etiam ratione eos, qui in hoc mundo habentur sapientes, longè Deus à disciplina fecit, id est, stultissimos esse demonstravit, cum Jesum Christum verum

(1) Anticoriam, qui tamen nihil adversantur.

A. MASCULINA, à verâ sapientia, à quâ remoti sunt. Sept.: *Cor eorum discondit à prudentia*, id est, prudentiam abscondisti à corde isidorum: est hypallage. (Menochius.)

Dei Filium mundo tam miserum, despectum et afflictum proposuit, ut Paulus auctor est, dicens, 1. Cor. 1, 20: *Nomine stultum fecit Deus sapientiam hujus mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes*. Stultitiam prædicationis vocat Christum crucifixum, qui percutibus, ut dixerat ante, stultitia est. Dicit enim non potest, quantum sapientium hujus mundi mentes perturbet, quantum oculis eorum confundat caliginem, quòd in hac vitâ meritis sæpè fortuna non respondeat; in eoque hominum omnium animalium infelicissimum esse ducunt, quòd præter cætera animalia homo ex libidine fortunæ dependeat, adeò ut diceret Crato apud Menandrum, si sibi ab aliquo Deo daretur Optio, se electurum potius aut asinum, aut equum esse quam hominem; cujus versus, quia iudicandi sunt, subjiciam:

*Si quis Deorum jam nihil dicat, Crato,*

*Ubi vitam sanctus fueris, vires demo,*

*Et fies quidvis, hircus, aut canis, aut ovis,*

*Equus, homo denique; nam revivendum tibi est;*

*Ita fata sciscunt; opta quam vitam relis;*

*Dicturus videor illic: Fuc me quilibet,*

*Dum ne hominem facias. Unum id animantium omnium*

*Sine merito habet fortunam aut infortuniam.*

*Equorum ut quisque fortis est, curatis*

*Habatur alio. Velox in pretio canis*

*Majore est quam projectus ignivivæ aut iners.*

*Generosus fruitur galus præcipua dape,*

*Atque ultrò ignavus alter potorem timet.*

*Homo si quis est bene natus, educus probo,*

*Casè moratus, nullum (retium) hoc sculo est.*

*Primas in aïd habet assentator, alteras*

*Calumniator, at malignus tertias.*

*Quantò asinum fieri satius, quam intueri*

*Pejores se pollicibilibus cicere!*

Sic ille. Quibus similia complura lege in Florilegio

Stobæi, tit. 98, 105, et 108. Quod autem Job ait:

*Longè fecisti à disciplina, non actionem, sed permissionem Dei significat. Deus quippe homines non agit extra sapientie scholam, sed agi sinit. Illud vero:*

*Non exalabuntur*, perinde est ac non gloriabuntur,

non me causâ vincunt, non laudabuntur ut sapientiores me; quod certè rei exitu luculentoque Dei iudicio ad calcem libri hujus demonstratum est.

VERS. 5. — PRÆDAM POLLIETUR SOCIIS (1), ET

OCELLI FILIORUM EUIS DEFICIENT. LOCUS hic, ut bene

Stunica et Pineda notant, valdè difficilis est, et ad

explicandum et ad contentendum, variegæ declaratur, ac diversimodè ex Hebræo prima versus pars

convertitur, quòd toto ex vocibus constat ambiguis,

vixque duos auctores reperias, inter quos de hujus

loci aut conversione aut explicatione conveniat. Sed

(1) In prædam qui annuntiat socios, id est, qui miserorum calamitatibus insultando, eos veluti spoliunt,

aut prædam publicam præbet diripiendos, omnibusque modis lætandos.

(Rosenmuller.)



consideranti et ponderanti mihi multorum auctorum, quos de hac re legi, sententias, Vulgati interpretis nostri translatio valde mihi probatur; nam quod *prædam* verit, id quod alii ad *blandiendum vel blanditiem* convertendum existimant, certum est *heleci* in Scripturâ divinâ longè frequentius *partem* quam *blanditiem* significare; quam significationem sequens Vulgatus, ut cum his quæ sequuntur aptius conveniret, magis Latine *prædam* transtulit. Cui versioni Græci atque Chaldaeus subscriperunt: nam Græci *partem* convertunt; Chaldaeus *lemaphlig*, id est, ad *dividendum*. Quod verò *sociis* transfert, quod alii *cogitationes* transferendum putarunt, certum etiam est *rehhim* sepe *socios* et *amicos* in Scripturâ indicare. Et Chaldaeus *socios* convertit.

Docet igitur Jobus, quomodo suis amicis disputatio ista non sit ex voto successura, et agit præcipue cum Eliphazo; quia hic princeps erat et magister, atque idem dictus aliorum pater; quod item facit Deus, cap. 42, ubi hunc præ cæteris sociis tanquam illorum ducem atque magistrum reprehendit. Hic autem quasi strenuus robustissimi exercitus imperator victoriam sibi et aliis prædam pollicebatur, id est, victoriam gloriosam, quam de hoste prostrato expectatione devorarat; ex qua ad alios, qui tanquam filii censentur, non exiguam laudem derivatum iri putabat, quemadmodum ex parentis victoriâ manubie et commoditates alia non exiguae ad filios pervenire solent. At evenit longè aliter quam Eliphaz ipse sibi persuaserat. Nam illi qui expectant *prædam*, et in eam intentos habent oculos, deficient à suâ expectatione depulsi. Quod ita accidit. Nam cap. 32, homo alienus, quique non numerabatur in illis amicis qui consolatione gratiâ ad Jobum accesserant, vocatus Eliu, cum vidisset ambitiosos hos viros rationabilem responsum non invenisse, gravi in illos indignatione succensus. Hi porro qui socii dicuntur Eliphazi, idem vocantur ejusdem filii, aut quia discipuli doctorem suum parentem salutant, aut quia principes ab inferiori et subditiâ turbâ, honoris et obsequii ergo, patres compellantur. Ita Sanctius noster cum Stunica ferè consentiens. Sicut ergo Job in primâ versûs parte alludebat ad victoris rationem, ita in secundâ ad victi conditionem. Quæ expositio mihi multo planior aliis et coherenter videtur.

Septuaginta vertunt: *Parti annuntiavit mala, oculi autem mei super filios contabuerunt*. Quæ versio etiam quadrat cum Hebræo et Vulgato. Nam si pro *rehhim* aliis punctis *rahim* legamus, *mala* et iniqua declarat; eodem modo si pro *hene* aliis punctis *henni* legamus, *oculum meum* significat; id est: Non exaltabuntur (ut dixerat superiori versu), quoniam *partem*, id est amico, *annuntiavit mala*, id est, annuntiaverunt malum seu iniquum esse. (Mutatio enim numeri Hebræus frequens est). Secundam verò versûs partem cum sequentibus conjungi voluerunt, quibus suas calamitates narrat, in quibus primò liberorum suorum miseriam numerat amissionem. In secundâ igitur versûs parte vertendâ Græci tantum discrepant à Vulgato,

reliqui cum illo conveniunt. Primæ verò partis hujus versuiculi tot ferè sunt versiones quot vertentes. Quiddam Hebræus reddit: *Qui ad blandiendum narrat cogitationes*, scilicet Del, ut Deo morem gerat, quod ita Jobum afflixerit, quia Job cum offenderet. Biblia Regia vertunt: *Ad blanditiem indicavit amicis*, id est, ut blandiatur amicis. Tigurina versio habet: *Qui amicos numerat inter bona sua; auctor Bibliorum Roberti Stephani: Qui renuntiavit cogitationes suas adlandi causâ*, id est, qui adulandi causâ dicere solet quidquid venerit ei in mentem; Pagninus: *Qui blandam annuntiavit amicis*; quiddam Hebræus, qui ab illis doctus habetur: *Quis narrat amicis suis blanditias*; alius: *Ad blandiendum loquitur quilibet eorum cum amico suo*. Sed Polychronius ita interpretatur de impio: *Suam ipsius penam annuntiet parti improbitatis, id est, his qui similibus morati sunt moribus*. Quæ versiones aliis fortè placebunt et coherere videbuntur; mihi certè Vulgata lectio probatur magis.

Joannes à Jesu Maria versum hunc sic exponit, ut sit mimesis irrisoria, quæ cum versu præcedenti connectitur, interposito videlicet vel subaudito verbo, *dixerunt*. Inducuntur enim amici, qui rapacitatem Jobi objiciebant, sic loquentes: *Prædam pollicetur sociis*, hoc est, Jobus tyrannus tanquam director solebat suæ tyrannidis consortibus prædam partem polliceri; et tamen tantum abest ut participes diviserit, ut ne liberos quidem suos, quos oportebat primùm prædæ sortem accipere, locupletare poterit; spes quippe illorum defecit. *Oculi*, inquit, *filiorum*, hoc est, spes oculorum intuitu notata. Solent quippe qui sperant creberrimè oculos in rem speratam locumve, unde provenitura bona sperant, conjicere; ipseque intuitus cum affectu directus spei expectationisque symbolum est. Sic ille. Sed magis placet prima expositio, quæ est Stunica, Pinedæ et Sanctii nostri.

Tropologicè S. Gregorius, lib. 13 Moralium, cap. 12, versum hunc de diabolo et angelis apostaticè exponit, quos *socios* ejus appellat, quia cum eo corruerunt; filios verò homines improbos, quia per dejectionem ab eo gignuntur, ipsaque imitantur. Vide ipsam loco citato, ubi egregiè describit studium diaboli, quo homines ad sui societatem pollicitationibus et promissionibus trahit, hoc perpetuo in ore habens: *Dabo tibi; carnalem trahit ad luxum*, dicens: *Dabo tibi delectationem; avaram ad furtum*, dicens: *Dabo tibi pecunias; mulierculam ad perditionem*, dicens: *Dabo tibi victum et vestitum; iracundum ad vindictam*, dicens: *Dabo tibi honorem*, etc. Præcipua tamen promissio aut pollicitatio est, quod bona hujus seculi, quæ propriè prædæ nomine exprimantur, promittit, inter quæ præcipuum locum habent divitiæ. Propterea S. Bernardus, serm. 5 in Psal. 139 *ubi habitat*, dixit divitiæ et temporalia bona esse loquum, quem David vocat venantium: *Quisnam*, inquit, sit laqueus iste, quærendum est. Nolo ego *advenerit* ex me, nec dubium aliquid tradere vobis; ostendat nobis Apostolus laqueum istum; ipse enim *venatorum* illorum non ignorat cogitationes. Dic

enobis, inquam, B. Paule, quis sit laqueus ille diaboli, à quo se liberatam fidelis anima congratulatur? *Qui voluit*, inquit, *divites fieri in hoc seculo, incidunt in tentationes et in laqueum diaboli*. Ergone laqueus diaboli divitiæ sunt hujus seculi? Hæc quàm paucos invenimus, qui ab hoc laqueo liberati exultent, quàm multos qui dolent, quòd parùm sibi videntur *irrestiti*, et adhuc quantum possunt ipsi se involvere et intricare laborant! Sic ille. Quàm potens laqueus esset is, ad quem non solum aves summa velocitate ac propensione se demitterent, sed qui illis ita placeret, ut et seipsas validius illo implicare et actare contenderent! Hic ergo est laqueus validus diaboli, quem, cum ille tendit, pauci evadunt. Quod adeò verum est, ut nec Apostolus, cui laqueum istum diabolus paravit, evaserit; qui propterea sapientiæ Dei permissione externo laqueo corporis vitam miserè finivit, ut ostenderetur interius laqueo diaboli prius spiritum ejus fuisse comprehensum. Tetendit enim diabolus laqueum, cum divitiis et argenteis oculis ejus representavit; et tam potens fuit, ut ad vendendum Deum ipsum et hostibus infamissimè prodendum induceret. Quæque ad mortem Domini (inquit S. Cyprianus lib. de Jejunio) amor lucri se ingerit, nec vite Salvatoris quæstus desiderium parit.

VERS. 6. — POSUIT ME QUASI IN PROVERBIIUM VULGI, ET EXEMPLUM SUM CORAM EIS. Id est, mecum comparant homines infelicissimos, et ex me petunt dicendi modos, quibus aliorum calamitates amplificent. Quod et Christus de se per Davidem dicit, Psal. 68, 14: *Factus sum illis in parabolam*, quod extremam hominis indicat infelicitatem. Nam hujusmodi loquendi formula ab extremo ejus rei quam amplificamus, gradu dicit solent, ut cum dicimus, v. g., aliquid esse sole clarius, aut nive candidius, quia solem claritate et candore nivem præstare rebus aliis existimamus; ita cum miserimum et infelicissimum quempiam significare volebant, vulgò dicebant Jobo miseriorem, Jobo infeliciorem; et hoc sensu dicit se in proverbium vulgi abisse, et in exemplum esse propositum. Pro quo ex Hebræo vertunt aliqui *tympannum*, quasi dicat: *Factus sum tympanum eis*, id est, irrisio et ludibrium, sic ut in me illudentes manibus plaudant, et quasi tympanum irridendum traducant. Ita Septuaginta, *ἔσο δὲ με ὑπόδικον ἐν ὄνειρον, ἧδονος καὶ αὐτοῦ ἀπείθεον, ποσειστὶ αὐτὴν με σάβηλαμ ἐν nationibus, et risus illis deveni*. Simile quiddam prompsit Jeremias in hæc verba, Thren. 5, 14: *Factus sum in derisum omni populo, canticum eorum totâ die*. Significat ergo Jobus extremam abjectionem, quæ solet accidere, cum quis antea opulentissimus ac nobilissimus in prodigiosam inopiam et ignominiam incidit. Verùm Chaldaeus *typhet* accepit pro valle Ennon sic gehennâ, ubi parentes filios igne cremabant, et idolo Moloch immolabant, atque, ne fletu illorum moverentur, tympana pulsabant. Unde inferno gehennæ nomen inditum est, quasi dicat: Adeò crucior, ut in gehennâ esse videar.

VERS. 7. — CALIGAVIT AD INDIGNATIONE OCVLUS MEUS; ET MEMBRA MEA QUASI IN NIHILUM REDACTA SUNT.

Quasi dicat: Cum cerno mihi à populo illud, pater iræ motus varios, quibus oculorum nebis ob multum sanguinem spiritumque eò confluentem hebetatur, totumque corpus ob immodiacam commotionem, quam multo conatu reprimò, confilicescit, et velut consumitur. Ita Joannes à Jesu Mariâ, qui et notat indignationis nomine ab aliquibus dolorem aut incertum intelligi, sed congruentius hoc loco iram significari, cuius effectus est oculorum obtusio et visus extenuatio, totiusque corporis concussio atque defectio. Neque obstat, indignationem hæc non videri deesse virum perfectum atque constantem; non enim latus virtutis in irâ minimè sentiendâ, sed in cocercendâ posita est, neque viros planè deedeet si iræ stimulus, præsertim cum ex Dei permissu sit copia Satanae, ut excitet bilem ac vehementius urgeat, sicut Apostolum non dedecit stimulus carnis, quo accerrimè pungebatur. Alia quippe est ratio passionis indomita, alia excitata, et ad luctum commota.

Quod verò Jobus ait: *Membra mea quasi ad nihilum redacta sunt*, validissimam laetorem ostendit, qui contentè repugnaret. Et quidem sic usu venit, ut è pertinaci renisi passionumque subjugatione, animo interim victore, corpus frangatur, et velut malleis contusum concidat. Hinc sancti viri glorioso pleni pulvere ab hac pugna redeuntis, quotidianis laboribus confecti, in repugnando exercitati, victoris indycti, et cicatricibus quoque suis venerandi, luctari contra impotentes affectus martyrii quoddam genus vocant, et præ se ferunt. De quo est vera illa vox D. Augustini, et tanto Ecclesie lumine digna cohortatio, serm. 250 de Tempore: *Contra mortifera blandimenta luctemur, scientes in eo etiam quotidiana martyria Christianis non deesse*. Simile fortè quiddam acceperat à doctore suo Mediolanensi Ambrosio, qui ad animi commotiones cocercendas penitentiæ demandas non medicorem peti virtutem, sed immortalem celsi et invicti animi fortitudinem: *Animum* (inquit lib. 2 de Abel) *vincere, iracundiam cohibere, compungentesque leges carnis et mentis in eum cogere, immortalis cujusdam est viri, quem inferni porta non ceperit*.

Non est planè clausulibet arietari in tam potentes salutis inimicos et insidiosos emansores, quorum fraudes et incredibilibus perfidiâ in multorum millium funeribus jam nota est. Non est ludus puerorum indiciæ tela frangere, elatam et in malo gestientem lætitiâ comprimere, frangere libidinem, aculeum cupiditatis superbie, obtundi vanissimæ jactationi insolentique repundere, iracundiam cohibere, lætissimam denique belluam mille capitibus horridam atque miantem clavâ herculeâ conficere; quorum singula cum tam multus perniciem adferant, quid multa simul effectura putemus? Non virium est humanarum atque nervorum, tam nocent tanque in dies corroborate potentiæ resistere, tantum exercitum, tam latè fuscum atque dispersum, et undique ferrum in jugulum intentantem superare; planè opus est Numiais presidio



et tutelæ, et celesti illo clypeo adamante robustiori, quem toties rex Hebræus in sanctissimis suis odibus hinc inde deposit. Quare piæ et divinæ S. Basilii in Psal. 28, si quis in luctu cum passionibus victor extiterit, ait illum debere Deo, *κατὰ τὸν πάθος τὴν νεοκρίσην, ob devictas perturbaciones, trophæa collocare, in ejus laudem gloriamque referre victoriam, in ejusdem benevolentia sinum laurum honoratam conijcere.*

Sic virtutum omnium exemplar David faciebat, cuius anima, cum torrentem pertransisset aquam intolerabilem, suspexit in cœlum, unde constantiam et lumen hausert, et festo cantu epinicion victori Deo characterique persolvit. Id enim de compressis et edomitis animi perturbationibus Cyrillus Alexandrinus exponit, atque *τὸν δὲ δὲκ πάθος ἐπινοήσαντα, eam quæ fit per passiones inundationem, eluvionem illam mentem operientem, et naufragium cordi militentem, esse quidem ἀνεκρήσιστον animo nostro inexpugnabilem (divini vias aquam intolerabilem), vinci tamen servatoris ope et præsidio posse. Illud ipsum perlegenti similitudine Diadochi, vir Deo plenus, expressit; qui cum videret sæpè animam perturbationum tumidis undis horribilibusque procellis agitari, dum impotens ira, dum invidia, dum libido cæteraque pestes ut turbidi austri et frenetici aquilones tempestatem cient, et maria et montes eorumque profundum impetu illo violente convulsure, vel, ut planè dicam, vim omnem animi et rationis firmitudinem debilitare videntur; sentiebat esse nimium opus, ut tanquam Æolus poeticus, sic verissimus ventorum rex moderatoque affectum Deus motus illes gratiæ suæ clementiam tranquillaret. Quod ab illo fieri sic ostendit cap. 35, de Perfectione spirituali: «Sicut, inquit, mare cum turbatur, oleo infuso cedit naturæ suæ tempestas, bonitate olei procellam extinguente; sic anima nostræ gratiæ Spiritus sancti jucundè tranquillatur.»*

VERS. 8. — STUPEBUNT JUSTI (1) SUPER HOC, ET INNOCENTES CONTRA HYPOCRISIAM SUSCITABUNT. Septuaginta legunt: *Θαύματα ἔχρη ἀποβῆναι, admiratio tenuit veraces.*

Super hoc, inquit, quod mihi innocenti et justo tanta obveniret miseria, et tamen me tam fortiter ac constantem gesserim adversus omnes impiorum et demonum insultus, pii posteri mirabuntur, et simul eorum animi erigentur, ut simili modo sese impii opponant. Ita Tirinus noster. Non rarò certè hic aliqui humani patientur etiam boni, quod innocentes à Deo puniantur, quippe qui sciant penas naturæ suæ ad scelera ascendenda esse institutas, neque leges antiquam bonis, sed impiis tantum minari, prohibis utrumque præmia, multaque laudis insignia polliceri; que ita esse conversa, ut boni malis opprimantur, mali bonis

(1) Apud vulgus ignarum et recors Eliphaz et sociorum melior videtur esse causa, sed justus stupebat quidem super hoc quod mihi accidit; importunitatem tamen ejus et amicorum damnabant, aversabantur, et contra illam in meam defensionem consurgunt. (Menochius.)

fruantur, non possunt non admirationem parere. Ilanc rem etiam ethicus vehementer admiratus Sophocles in Alete, de illis qui fortunati sunt indignè, deque illis qui præter meritum suum miseri sunt, sic ait:

*Malos profanis prosatos genitoribus  
Florere rebus prosperis visu grave;  
Stirpem bonorum rursus ingenio probo  
Malis subactos cladibus premis proso.  
Disponere aliter cura debebat Deum  
Mortalium res; nam pius decuit palmam  
Bona largitate consequi celestium;  
Contra scelestos paria criminibus suis  
Supplicia aperte lere dñs ulioribus.  
Ita res secunus nemo jactaret malus.*

Profectò nisi, discussa subinde mortalitatis hujus nebula, posthumæ beatitatis splendor nos illicesceret, divinæque fidei radius animis nostris illaberetur, quis non invidens impiorum felicitate et proborum afflictionibus percussus in hæc rerum humanarum confusione naufragium faceret, aut saltem ad hunc ataxia scopulum allideretur? Cæterum quod addit: *Innocens contra hypocritam, hoc est, impium bonâ simulantem, aut impietatem contempere studentem, suscitabitur, simile est isti quod David ait, Psal. 9, 2: Dum superbit impius, incenditur pauper. Impius mirum se prosperatum contiens, pius vero deceptorum ærumosumque despiciens, perstat in errore, et sortem suam potiorem pui sorte sentit, unde insolentia et pietatis contemptio vires acquirit, juxta illud Euripidis in Aneo:*

*Fortuna, amici, cum malos nimium fovet,  
Illi insolentes, liberi plene metu,  
Quidquid libido dicit aducler patrum.*

Quæcirca pauper plus incenditur, sive, ut Jobus ait, suscitatur, zelo inflammatur, et insurgit adversus impium, et licet à Deo acerbè tractetur, causam tamen pietatis propugnat, et cum impiis valde colligit. Quo zelo etiam correptus fuisse videtur qui apud Euripidem in Bellerophonte exclamat:

*Ab moritur! alium cernere hand tanti est jubar,  
Ut honore plenos tuar indigno malos.*

Idem Euripides in Supplicibus ait:

*Res permoles est maxime optimatibus,  
Cum dignitatis flore vir splendet malus.*

Solent enim prava simillium exempla luis instar latius serpere et plurimos inbecere, quemadmodum idem in Dictæ testatur:

*Jam sæpè vidi, sæpè et indignè tuli  
Bonos sequentes moris exemplum mali.*

Sed in his omnibus vir in virtute constans minime scandalizatur, de quo subdit:

VERS. 9. — ET TENERIT JUSTUS VIAM SUAM (1), ET

(1) Et te juste demourea ferme dans sa voie, et celui qui a les mains pures en devienda plus fort. — C'est le sens de l'Hebreu. L'expression *les mains pures* désigne la pureté et la sainteté. Dans plusieurs cérémonies des païens, et de la Synagogue et de l'Eglise, on se lave les mains pour marquer que l'on est pur, et dis- pose pour la cérémonie qui va se célébrer. Platon

quasi circino eâ se includat, ita ut nunquam exeat, fides maxime vel incommotis invitetur, vel incommotis depellatur; diciturque: *Figam gradum super multionem, Ithacæ 21. Ubi, teste S. Hieronymo, Aquila et Quinta editio vertunt pro munitione circinum; Theodotion gymum; interpretatur D. Hieronymus: Stabo super Christum; petram et rupem sive munitionem, et hoc gyro et circino quasi muro sepiar, ne ad me leo rugiens possit irrumperere, etc. Nos sic interpretari possumus ex personâ Justî dicentis: Figam gradum super gymum, vel circinum; vel: Subsistam ad circinum vel gymum, vel in circino et gyro mandatorum Dei; hoc gyro, hoc circino me sepiam, ex illo non egrediar, sed hic moriar. Etenim mandata Dei gymum esse et septum hominis docet D. Basilus hom. 5 in Hexameron: «Deus, inquit, animas humanas circumdedit septo, tum eâ tutelâ, quæ ex præceptis circumscritta, tum ipsâ custodiâ angelorum, etc.» Deus ab initio constituit hominem, et reliquit illum in manu consilii sui, adjevit mandata et præcepta sua: Si volueris mandata servare, conservabit te, et in perpetuam fidem placitam facere, etc. Eccli. 15, 16. Ostendit Sapiens mandata gymum esse et septum Christianum sapiens et custodiens: Si volueris, inquit, mandata servare, conservabit te, si ex hoc septo non exeat. Ostendit idem locus, quæ sit fides Deo placita; Græcè dicitur *πίστεως ἰδωδία*, id est, *fides beneplaciti*, sive benevolentie Dei; et autem est, quæ cum operibus et mandatorum operatione est copulata; si volueris, inquit, mandata servare, et volueris fidem tuam placitam Deo facere; si volueris *πίστεως* habere *ἰδωδία*, id est, *fidem benevolentie et beneplaciti Dei*, quæ mandatorum flagitio operationem, conservabit te, mandata, et hujusmodi fides non mortua, sed vivâ est, operumque ornata consecrata. Atque hæc est via viri justî rectissima, in qua sine fortitudine ad vincendum seipsum stare non poterit.*

Septuaginta Interpretes hunc versum velint exhortando vertunt hoc modo: *Teneat autem fidelis viam suam, et puris manibus sumat audaciam*; quasi dicerent: Nemo justus animo cadat, quantumvis à Deo videatur severè repelli, quin etiam pietate armetur, et in agmen impiorum alacer insurgat, persistat in bono cepto, et fidenter congressi audeat. Nam vel iniquitas ipsa impiorum justis illustratum materiam prebet victoriarum et premiorum, ut pulcherrè S. Gregorius lib. 13 Moralium, cap. 14, docet, quem locum, si lubet, consule.

VERS. 10. — Igitur omnes vos contentiam, et venite, et non inveniam in vobis ullem sapientiam (1).

(1) Convertissez-vous donc tous, je vous prie, et venez, et je vous ferai voir qu'il ne se trouve aucun sage parmi vous. Après que Job a parlé des justes, il revient à ceux qui ne l'étaient pas, c'est-à-dire, à ses trois amis, qui ne gardaient aucune justice à son égard, et qui négligeaient les devoirs les plus essentiels de la charité. Convertissez-vous, leur dit-il, retournez en vous-mêmes, et renoncez à cette obstination avec laquelle vous me condamnez sans aucune connaissance de cause. Ou bien: Tournez-vous vers moi; et ne vous attachez point tant à vous-mêmes. Venez

se lava les mains devant le peuple pour protester qu'il était innocent du sang que des mains déicides allaient répandre; les Juifs se lavent les mains afin de faire la prière et avant de prendre leurs repas; nos prêtres, avant d'offrir le très-saint sacrifice de la messe, se lavent les mains en prononçant ces paroles de David: *Lavabo inter innocentes manus meas.* (Drach.)



Est conclusio versuum præcedentium per modum benignæ prorsus et amice exhortationis, quâ Job amicis suis suadet, ut, omni inordinato affectu seposito, simpliciter ad cor, id est, ad propriam conscientiam, revertantur, ubi ea quæ jam eis disseruit, diligenter examinent; quod si hoc fecerint, ait fore ut ipsimet sui iudices sint, et se veram non habuisse sapientiam deprehendant; sed cum se huc usque putaverint esse sapientes, tunc verè stultos et insipientes se fuisse ingenè fateantur, et sic ab erroneâ suâ sententiâ resiliant, animumque mutant.

Ubi notandum quòd Job eos, quos ad sapientiam vocat, sapientiâ vacuos esse desideret. Quem locum expendens S. Gregorius, lib. 15 Moral., cap. 14: « Quid est, inquit, quòd eos ad sapientiam vocat, et tamen optat ne illos sapientes inveniat? nisi quòd ad veram sapientiam venire non possunt, qui falsæ suæ sapientiæ fiduciâ decipiuntur. » Quasi diceret: Sapientes sint, non tamen sibi videantur. Multi enim ad sapientiam perveniunt, nisi putarent pervenisse. Et paulò post: « Rectè, inquit, B. Job conversionem auditorum desiderans, exoptat ne in eis ullum sapientem inveniat; ac si eis apertè dicat: Stulti esse apud vosmet ipsos discite, ut in Deo verè sapientes esse valeatis. » Hinc est illa prophætæ deploratio, Isaïæ 5, 21: *Vae qui sapientes existis in oculis vestris et coram vobismet ipsis prudentes!* et illa Salomonis admonitio, Prov. 5, 7: *Ne sis sapiens apud teipsum;* et illa prædicatio Apostoli ad Romanos ex suâ prudentiâ superbissimos: *Nolite prudentes esse apud vosmetipsos*, cap. 12, 26; ac denique illa exhortatio ad Corinthios multum sibi ex suâ sapientiâ tributentes: *Nemo se seducat; si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens*, 1 Cor. 5, 18. Quare deterior est stulto quisquis sibi videtur sapiens, juxta illud, Prov. 26, 7: *Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.* Nam qui se stultum putat, sapit; qui sapientem, stultescit. *Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum*, ait Paulus, 1 Cor. 5, 19. Quam sententiam Alciatus pulchro emblemate illustravit depingens umbilico tenès hominem deinceps in anguem desinentem. Quo informi monstro, quod nec omninò formam humanam, nec omninò serpentiam figuram habeat, naturâ quidem duplici, quodque necdum certam appellationem sortiri possit, id notantur, qui animâ rationis participæ à Deo informati terrena

dans la disposition d'apprendre la vérité, que vous n'avez point connue jusques à présent. Car il est certain, ou bien je pourrais facilement vous prouver, que je n'en trouve point parmi vous qui soit sage de cette sagesse de Dieu, qui rend les hommes vraiment éclairés. On peut remarquer ici, dit un interprète, un exemple rare d'une véritable charité, qui inspire à Job au milieu de tant de douleurs qu'il souffrait, et de tant d'outrages qu'il recevait de la part de ses amis, de leur témoigner une sainte inquiétude pour leur salut. Quelques-uns expliquent d'une autre manière ces derniers mots: *Et non inveniam in vobis ulum sapientem*, comme s'il y avait un point interrogant: *Est-il possible que je ne trouve pas un seul sage parmi vous, et que vous demeurerez toujours dans vos premiers sentiments?* (Saey.)

tantiam sapiunt, et neglectâ conditione sui meliore humi repunt et in naturam belluinam degenerant. Monstrum enim hoc in hominem non desinit, nec est fera principium. Non enim finem spectat terreni homines, propter quem homini sit concessa ratio, quâ miserè abutuntur, eamque spontaneâ quâdam et extiosâ ignoratione inficiunt. Tales fuerunt rigidi illi philosophi satellites, qui, cum perpetuò dogmatis sapientiæ veteris et sibi parùm constantis adhaerent, nihil aliud spirârunt quàm quæ terre sunt, tametsi unum illis videretur esse studium celestia divinaque contemplandi, quos ideò exagitat vir sanctissimus Augustinus libris de Civitate Dei, Lactantius, Eusebius, et alii multi. Unde colligere licet mundi sapientiam, quam technis et prestigis satanicis invexere priores illi philosophi, meram fuisse stultitiam, cum perspicuum sit eam longè deservisse ab institutis illis priscorum Patrum, qui leges divinas à Noem et ejus meliori posteritate hauserant. Hos itaque vafros et religionis expertes, quibus tantum cura terrena sunt, et quorum deus venter est, ex hominum alio rejiciunt; neque enim hominum appellatione digni sunt, quanquam planum sit eos rationis, doctrinæ cujusdam et humanitatis hand expertes fuisse; nam eâ re caruerunt, quâ solâ differt homo à reliquis animalibus, id est, religione, in quâ certè nos hominis summum bonum constituimus. Quanquam enim homo sit vera et expressa Dei imago, si tamen sic se abjiciat atque prosternat, ut opifcem Deum ignoret, in belluarum numerum meritiò est aggregandus. Cætera enim quæ putantur esse homini propria in cæteris quoque animalibus deprehenduntur. Religio sola differentes homines à belluis facit; quam qui non admittit, alienus à naturâ hominis vitam pecudum sub humanâ specie vivit. Hanc ergo humanam sapientiam verâ religione carentem D. Paulus meritiò apud Deum esse stultitiam dixit. Vult autem Lactantius lib. 5 Institutionum, cap. 11, unam cum alterâ, id est, religionem cum sapientiâ, inseparabili nexu colligari, in quibus hominis officium et veritatem omnem inclusam esse colligat. Religio enim, quæ sine sapientiâ sit, non religio, sed superstitiò putanda est; sapientiâ verò sine religione mera est stultitia, de quâ est illud Apostoli, 1 Cor. 1, 19: *Perdant sapientiam sapientiam, et prudentiam prudentiam reprobo.*

VERS. 11. — DIES MEI TRANSIERUNT, COGITATIONES MEÆ DISSIPATÆ SUNT TORQUENTES COR MEUM. Vix Job exhortatoria verba expleverat, et mox ingravescens moror animum aliò abripuit, lugubresque modos suggestit, quibus ad leniendum dolorem indulgendum fuit. Qui enim graviter affectus est, nequit longum sermonem pertexere, quin doloris sensu recrudescente genitus querimoniosus resumat. Quod nunc Job facit: conqueritur se jam penè vitæ funtum esse, patique cogitationum evagationem pernoctantem, ut qui prius sanctas, mundas planèque divinas cogitationes nutrebat, modò fœdas, immundas ac planè infernales experiretur. O magnum et inapplicabile malum! quod nisi expertus nullus sanè in-

telligere potest. Nullus quippe scit nisi expertus, quantum doloris afferat immundam sentire cogitationem, qui prius mundissimam habebat, et distractam invenire animam, qui prius unitam possidebat. Non est certè dolor huic similis, nec tribulatio quæ huic comparatur. Quod utique, si quis sit cogitatio attendere velimus, clariùs innotescet. Cogitationes enim sunt veluti possessiones cordis, sive activè eas sumas, sive passivè; activè, inquam, nempe si dicas quòd sint possessiones, quia cor ipsum possident: passivè, quia à corde possidentur. Unde in Hebræo, ubi nos ter legit cogitationes, habetur possessiones. Cum ergo sint hæ cordis possessiones, qualis dolor erit ille, quando tales dissipantur et convelluntur, ac ab unico illo summo delectabili discendantur objecto, quod prius animâ unicè contemplabatur unicequè diligebat. Hic igitur summus erat dolor sanctissimi Job, hic gladius acutus, non posse scilicet propter vim doloris et diabolicas illusiones contemplationi more solito intendere. « Seniebat enim dolorem, inquit Philippus, quòd non poterat jugi contemplationi rerum divinarum, ut quondam solebat, intendere propter vim doloris. » Unde cum ipse ad illam unitatem quovis conatu suas redigere cogitationes sicut prius non posse experiebatur, torquebatur cor ejus, imò disrumpebatur tamen ipsum quàm ejus articuli. Unde Septuaginta vertunt: *Rupti sunt articuli cordis mei, imò ejus compages*, ut vult S. Augustinus, qui legit: *Convulse sunt compages cordis mei*; Chaldeus reddit, *tabulae cordis mei*, in quibus veluti characteres inscribuntur cogitationes quæ celantur. Torquetur ergo cor et dissipatur ex cogitationum dissipatione, disrumpuntur ejus articuli, convelluntur compages, scinduntur tabulae, ac tandem dissipantur, eradicantur et distrahuntur ejus possessiones, quando malas patitur cogitationes. Ergo cogitationes sunt hominis conatus, sunt cordis articuli, sunt possessiones ipsius cordis, quibus aut dives aut miser efficitur.

Anatomistæ dicunt se in corde duos reperire sinus, unum sanguine plenum purissimo, alterum omninò vacuum, ex quo conjectant in isto spiritu mansisse vitales per mortem exhalatos. Meliùs utique divinus anatomista Christus Dominus cogitationes, non spiritus in illo existere sinu vitales asseruit, dùm ex illo affirmat eas exire malas. Hinc verè cogitationes dicuntur cordis possessiones, quatenus in illo sunt, cum illo vivunt, ex illis cor dicescit aut egegnit fit; qualis ergo erit ille dolor, qualis sensus, quando iste dissipantur, convelluntur, scinduntur, diversa et mala cogitantes?

Porrò hic versiculus non malè applicari posset homini terreno, qui cum divite evangelico hic altas fixit radices, qui suas hic omnes habet cogitationes in terram defixas, quas sigillatim evellit mors. Quântum verò doloris inferant hujusmodi evulsionem non dentis ex gingivâ, sed spei vitæ longioris ex terreno hominis corde, ex lectione Septuaginta et S. Augustini paulò ante citatâ licet intelligere. Sunt enim hujusmodi inimicæ cogitationes et affectiones veluti cordis articuli et compages, et veluti partes et membra ipsius cordis;

cum verò hæ cogitationes convelluntur et eradicantur ingenti cum violentiâ, oportet cor ipsum eradicari, discerpi, dilacerari. Hinc juxta Vatablum dolentes aiunt: *Conatus mei intercepti sunt*. Conatus scilicet faciendi supra vires intercepti et rupti sunt *torquentes cor meum*; quia non amittitur sine dolore quod cum amore possidetur. Unde corpore semel moriente, cor toties moritur, quot ea sunt quæ inordinatè diligit.

VERS. 12. — NOCTEM VERTERUNT IN DIEM, ET RURSUM POST TENERAS SPERO LUCEM. Quidam dicunt: Anxiæ cogitationes faciunt, ut nox ipsa mihi sit instar tumultuose diei, dùm omnem mihi somnum excutunt, et noctu æquè ac die vel invitum cogunt evigilare, non solum torquentes moerentem animum, sed etiam adimentes naturæ commune levamentum, scilicet somnum, qui ideò à Latinis appellatur quies, quia oblivionem inducit eorum quæ agrè afflicti hominem, et laxat curas, quæ oneratum animum respirare non sinunt. Ideò enim (inquit S. Augustinus in Psal. 62) Deus donavit somnum, quo reparantur membra corporis, ut possint vigilantem animum sustinere. Similiter S. Epiphanius ait homini donatum beneficentiâ Numinis et singulari bonitate, ut se posset à quotidianâ negotiorum cura et sollicitudine et à *ἀνάστασι θύρας, ad somni requiem* traducere. Quæ res quidem tam semper fuit omnium opinione celebrata, ut gentiles quoque ipsi hanc veritatem cognoverint; itaque apud illos derepente exciti è somno atque excitati, quos quoddam infelicissimè angurii fuit, et futuri mali significatio. Princeps poeta rem expressit in suo *Æneïd.* lib. 2, in cujus personâ ita canit: *Excitior somno*, etc. Quid deinde? Secutum est clarissima et opulentissimæ urbis excidium. Servius Honoratus reddit rationem, et illustrat in hunc modum: « Nam si somnus munus est Deorum, juxta illud *Æneïdos*, 2: *Diem dono gratissima serpit*, non sine infelicitate munus Deorum discedit. »

Cum itaque Job hoc necessario vitæ subsidio et gratissimo noctis solatio penitus destitueretur, tenebrarum pertasus à *Rursùm*, inquit, *spero lucem*, id est, rursum optarem auroram, inde sperans levamen miseriarum, quemadmodum agri solent, quibus plerumque nox accidit molestissima; quasi dicat: Neque die neque nocte cogitationes meæ quiescere me sinunt. Duo igitur mala, quæ nemo nisi expertus satis ponderet, conjunxit, insomnium et cogitationum fluctus. Cogebatur scilicet evigilare, ut oppugnaretur; ex quo efficitur ut diem optaret, si fortè diurni imaginibus nocturnas dispelleret, minuscule dire torqueatur. Quare neque die neque nocte emergebat ab exundante dolorum astu, et à tristium cogitationum molestiis solvebatur.

Potest etiam verti cum Chaldeo hoc modo: *Diei noctem apponunt, lucem propinquam auferentes à conspectu tenebrarum*; quasi dicat: Faciunt meæ cogitationes, ut in nocte verser æternâ, nullam lucem propinquam cernens, id est, nullam è tæritis malis evergendi viam inveniens.



Tropologicè S. Gregorius, lib. 15. Moralium, cap. 15. per noctem adversa, per diem prospera intelligens: « Dissipata, inquit, cogitationes noctem in diem vertunt, quia nonnunquam justis amplius placet ex adversitate mala perpeti, quam ex prosperitate, terrena dispensationis curâ fatigari; sed quia noverunt caute, et adversa transire, et prospera rursus illucere, aptè subjungitur: *Et rursus post tenebras spero lucem.* Lux enim post tenebras speratur, quia vel post noctem vite præsentis æternum lumen percipitur, et vel hæc adversitas atque prosperitas alternant, ut sibi succedere vicissim non desinant. Unde fit ut in luce nox in suspitione sit, et in nocte lux in præsumptione, sicut scriptum est: *In die honorum ne memineris malorum, et in die malorum ne memineris bonorum.* »

VERS. 15.—SI SUSTINERO, INFERNUS DOMUS MEA EST, ET IN TENEBRIS STRAVI LECTULUM MEUM (1). Respondet Jobus amicis illi assidue occinentibus, et illud monitum (quod in superioribus non semel viro innocentissimo miris aptum fuisse demonstravimus) ultra citroque opportunè importunè meulantibus, si videlicet vitam corrigeret, et ad Deum confugeret, fore ut ab eo in statum pristinum resisteretur; quasi dicit: Frustra id ingeminatis, quia licet sustinero, et ponentes ad Deum me convertero, ac patiens fuero, jam jam mihi moriendum est, et migrandum ad statum et locum mortuorum, ut, corpore in sepulcro posito, anima descendat ad limbum inferni, ubi video lectum mihi esse paratum; adeoque cogitatione meâ tibi meam quietem jam composui. Hinc nota cum D. Gregorio bene probari limbum Patrum, in quo ante adventum Christi quasi in lectulo quiescebant, desiderium redemptoris pro pœnâ habentes. Jobus itaque eum se eò devenisse cerneret, ubi nulla salutis instauranda spes in præsidio inesset humanis, sciretque miracula à Deo postulanda non esse, eò totus incumbit, quò se divine providentiæ ordinæ agi considerat. Jam ergo sanè defluente, veribusque consumptis, sic amicos alloquitur: Vos me in amissa prosperitatè reparanda spem erigere aditumini, sed quorsum?

(1) Quidam interpretes, ubiqueque in Hebræo legitur, pro quo nos habemus, *infernus*, ferè vertunt, *sepulcrum*. Sed, ut apparet, non rectè, quia etiam apud Hebræos diversa sunt vocabula, quorum alterum sepulcrum, alterum infernum significat, ut doceri potest ex hoc capite, in quo utrumque vocabulum reperitur. Sepulcri significatio nota est. Quid autem infernus significet, non penèdè liquet. Videtur autem infernus in Scriptura sacra significare locum illum hominis post mortem, in quo nondum sit beatus. Quod addo, quia Paradisus aut cælum nusquam inferni nomine significantur. Porro locus hominis mortui intelligi potest dupliciter: scilicet vel secundum corpus, et hoc modo sepulcrum interdum vocatur infernus, vel secundum animam, et hoc modo infernus plura loca complectitur. Nam et limbus patrum hoc modo frequenter infernus dicitur, et Purgatorium animarum in officio ecclesiastico infernus vocatur. Sed propèssimè et instatissimè apud Christianos infernus vocatur locus damnatorum, de quo canit Ecclesia: *In inferna nulla est redemptio.* Vide plura, si placet, in Commentario nostro in Magistrum, libro quarto, distinct. 45.

(Estius.)

Ego enim naturali ordine eò deveni, ut nequam ullâ mundi ope aut arte illâ convalescere; à Deo verò miracula, quæ pollicemini, postulanda non sunt, in eus placito assentiendum; ipse verò palam ostendit, velle me mox ex hæc vitâ subducere. Quapropter tametsi verbis vestris fidem adhiberem, nihil aliud mihi boni contingeret quam sepulcrum lectulusque in tenebrioso loco paratus, quo statim condar; ideoque sanius consilium cogitare prosperitatem quam sponte, non redituram, nec ultra fore consanguineos aut amicos ullos qui mecum in magnificis palatiis commorentur, sed successuram mihi putredinem pro parente, et vermes pro matre et sororibus, uti versu sequenti declarat.

VERS. 14.—PUTREDINI DIXI: PATER MEUS ES; MATER MEA ET SOROR MEA, VERMIBUS. Singularis profectò Jobi stylus, viscera matris in urâ, patris generatricem virtutem in putredine, et vite primordia in caligantibus mortis umbris adumbrat. Nonne stamnia vitalia secat mors, spiritum haurit, pallorem spargit, horridaque macie exesa carnis ossa vestit? Juvencutis flore conspice lascivientem; febris invasit, imis ardet præcordiis, succus igne delagante lambitur, æstuat sanguis; heu suffocatur, interit! Corpus intus, si sufferas, sicis oculis. Oculi in cerebri fossis sepeliuntur, horret pilus, genæ fuligine fedantur, luxuriant ossa, color exhauritur, lurore nigricat, fetores ardet. Expecta parumper; findat terram ligo, erumpant intere atrita, inter antiqua quæ exhauriantur opea, vermes obviam hospitii; ille cavis derelinquitur specibus mordendus à putredine. Ergone tunc redivivus exoritur? parens est putredo, mater et soror vermes? Ibi pater, ibi mater, ubi pulvis, ubi pus, ubi fetor? Sed Jobum recole; non ait post mortem sic mortis funera spolia appellaturam, sed quòd vivens sic appellabatur:

*Putredini dixi: Pater meus es; mater mea et soror, vermibus;* quasi ab ineunte ætate intra domesticæ considerationis claustra cum corruptionis memoriâ conviveret, et alios parentes, contribules alios non agnosceret, quàm vermium agmina, cadaverum spectra, mortis spicula. Nec enim aliter credimus et fatemur patrem et matrem, quos colimus, nisi ex consuetudine, ex communi consortio, quo cum illis à tenellis unguiculis viciniam. Quàm aptò Philippus in Catenâ Græcâ: « Tam longo tempore commoratus, ut ipsam putredinem et saniosos vermes parentem appellem. » En ex familiari commercio novum generationis modum deducit Job, se prolem corruptionis agnoscentem, quasi dicit: Pro parentibus et cognatis, qui me deserent, propinqui mei erunt vermes, cum quibus artissima societate et cognatione conjungar. Videtur hic S. Job domus suæ, id est, sepulcri, familiam recensere, scilicet parentes et putredinem, et fetores, qui veluti vermes pristini mortuos rursus excipere, et cadavera sibi quasi filios progignere solent; quasi diceret: Blandè compello et invocho (sic enim est in Hebræo) putredinem ut patrem, vermes velut matrem, et me mortis potius quàm vite filium fletum et dolentem eo parentes

blandi consolerentur, lacrymas abstergant, somnum concitent, et hanc cantilenam occinant, Apoc. 21. 4: *Mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.* Invenit igitur in morte ac sepulcro sanctus Job patrem, et matrem ac sororem, sequè filium ac fratrem puerulum effingit, qui solâ in parentum ac sororis curâ et studio conquescat. Sed non satis admiror emphasim horum verborum, nam secundum S. Hieronymum sensus est: « Quemadmodum quispiam mortalium sine parentibus non potest existere, ita et ego factus sum, quasi sine putredine et vermibus esse non possem. » Quod licet de penis quibus premebatur intelligi debeat, de memoriâ tamen mortis ac sepulture non potest non optimè accipi. Tam dulcis igitur mors erat sanctissimo Jobo, ut eam se venerari et colere amareque veluti parentes et sorores dicit: Omnia, inquit, mihi carissima in morte habeo, donum, parentum complexus, sororum blanditias. Mors mihi inquit solatium, uti patero parentes ac sorores. Sic enim explicat Origenes: *Ut pueri parentes habent consolatores, sic ego mortem et putredinem.*

Septuaginta legunt: *Mortem invocavi patrem meum esse, matrem verò meam et sororem putredinem.* Ecce quàm putredinem apud Vulgatum compellavit patrem Job, apud Septuaginta compellat matrem. Mira compellatio, et quidem soli Deo asæta, de quo ita Synesius, hymno secundo:

*Tu pater, tu es mater,*

*Tu mas, tu femina;*

*Tu vox, tu silentium,*

*Natura natura fecunda.*

Quasi nimirum Deus Pater, dum Unigenitum generaret, utriusque parentis munus obiret; unde et uterque sive vulva illi adscribitur in Ps. 109: *Ex utero ante luciferum genui te;* ubi S. Hieronymus ex vulvâ legit. De quo iterum eleganter Synesius, hymno tertio, sic canit:

*Tu es quod parit,*

*Tu es quod paritur,*

*Tu qui illustras,*

*Tu qui illustraris,*

*Ut Filium pareres*

*Inclytam sapientiam,*

*Rerum omnium optime;*

*Profusus autem manes*

*Individualis sectionibus,*

*Obstetricatus,*

*Partus sacer,*

*Ineffabilis fetus;*

*Terminus es naturarum,*

*Parientis*

*Et partus.*

Cur ergo morti eloquium generantis Dei liberiori fronte conceditur? Ergone pater et mater mors, à quâ et gignitur, et paritur individuis sectionibus obstetricat? Ecce Triades mysterium in memoriâ mortis, Dicis putredini: Pater meus es tu, mater mea; et tu tibi partus, tu tibi proles eris ex memoriâ. Memoro, homo, ut generationis æternæ, lineas consi-

derationis penicillo transcribas. Comme theologis est Filium Dei ex memoriâ fecundâ Patris prodire. Si te memoriâ mortis illigaveris, iteratque refricaveris sepulchro cineres insepulchris, si decursaveris pulverem, sensimque versans cadaveris spolia percrebueris, æternam Patrem sobole gravidum imitaberis.

Explico. Judex Deus post pomi morsum sic plectit Adamum, Gen. 3. 19: *Pulvis es, et in pulverem reverteturis.* Se voces videtur jugulare, nam si pulvis jam, qui pulvis fieri valeat homo? Nulla res ex se in se convertitur, non aer in aerem, non in ignem ignis. Id identitas, non conversio est. Obsistit generacionis natura, ut ex eodem in idem fiat transmutatio; precedens forma corrumpeunda; ut nova eveniat. Ex inimicis siquidem exoritur; privatio formæ gerande principium est genitæ. Otiaretur natura, si in id quod jam est sedula generacioni incumberet. Non mediocris nodus est iste, nec præterit scholasticum Cajetanum, qui illum dirimere sibi blanditur, dum accipit improprè illud *pulvis es*, sic dicens: « Adverte, quòd cum dicitur, quia *pulvis tu*, non significatur pulvis sub formâ pulveris, sed sub formâ corporis humani; cum autem dicitur, et in *pulverem reverteturis*, significatur pulvis sub formâ pulveris. » Solvit igitur ex improprietate. Nos pulverem hunc eliam non scrupuloso rigore. O mirum pulveris ingenium! ô artificis nostri figmenti deens! Memento quia *pulvis es, et in pulverem reverteturis*. Quasi diceret: Noscet te ipsum, generacionis æternæ resculpes mysterium. Pulvis es, si te cognoscas, revertetur in te; nihil aliud cognoscere sese est, quàm in se converti, sicut in objecta convertitur potentia, cum ea actibus elicitis attingunt. Æternus Pater noscit se ipsum, sic prolem generat; nec per extra distenditur Dei intellectus, quàm à se incipiat, quàm in se finitur. Hinc Verbum gignit Deus Deum, qui splendor Patris, et ejus substantiæ character est vividumque sigillum. Quantâ philosophi se ipsum cognoscit Deus, nec tantillum desisit, assiduum semper sub cognitionem versans! sic se potitur, divinatque sobolis parentem innotetur. Rescribe exemplum: *Pulvis es.* Vis medelam innotæ sortis? Revertere in pulverem; te cognosce, sic æternaberis, teque tui hæredem simul et prolem nancisceris. Audi Bernardum de Consideratione ad Eugenium: « A te incipiat tua consideratio, non solùm autem, sed in te finitur; tu primus tibi, tu ultimus. Summe exemplum de summo omnium Patre, Verbum suum et emittente et retinente. Verbum enim consideratio tua, quæ si procedit, non recedat; sic progrediatur, ut non egrediatur; sic exeat, ut non deserat. » Fige in pectore verba hæc plena succi et venustatis. Sed quid ais, Bernarde: Generationem æternam resculpam, dum in pulverem meum cognitionem meli revertat pulvis? Certè, si circuitum ambiam, si à me egrediar, regrediar ad me; si in propria cognitione persistam, repetitis partibus me ipsum æternitatis candidatum reproducam. Ita ingeniose ac pulchrè Josephus de Corda in Explanatione morali lib. Judith, v. 2. acad. 29, sect. 4.



Topologie hic locus exponi potest de perturbatio-  
nibus animi, quæ non modo finiuntur in morte,  
verum etiam mortis recordatione perdurant. Rem  
ita explicio: Quiritatur infans, ingemiscit, in lacrymas  
navit lev veli de causis; quid ergo restat, nisi ut  
parens in brachia plorantem suscipiat, nisi ut soror  
ludero aut eripitaculo adblandiatur? Actum subsi-  
dit illa comploratio, fletus in risum vertitur, disser-  
navit omnino illa tempestas. Eodem modo fuerit quis  
nimia morositate delicatiorque sul studio infans,  
puerilibus appetitionum levitatibus huc illic distraha-  
tur; omnes omnino incompositi affectus in ipso in-  
surgant ac tumultuantur; superbia intumescat, ira  
effervescat, ardeat libido, cupiditas stare loco nescia  
sursum deorsum feratur. Profectò si hujusmodi per-  
turbationibus æstuant quisque in terram, in pulve-  
rem, in sepulchrum, in tabernaculum, in sanie, vermes, in  
mortem dentem ipsam sese mentis cogitatione de-  
jerit, illic tota illa malorum affectuum puerilitur  
quiritantium turba conticescet. O prudentem animam!  
ô verè Spiritus sancti apem, quæ ingruente vento  
tempestatque obortâ, ne (ut levis est) facili rapia-  
tur in auras, accepto lapidis sepulchralis pondere  
sese librat firmamque reddat! memorans utique suæ  
mortis in æternum non peccabit; ac perenniter cogi-  
tans de suo in alteram vitam discessu, nec istam  
impensius amabit, nec illam timebit, ut que præ-  
sentia omnia sibi aliena, futura verò suæ naturæ et  
desiderio peropportuna computet. Qualis illa monia-  
lis Ezechia, de cujus morte ita scribit D. Gregorius,  
Epistolæ ex Registro 27, lib. 6: « Transitum Ezechia  
nuntiâsis, et magnâ exultatione gavisus sum, quia  
illa bona anima feliciter ad suam patriam pervenit,  
quæ in patria laborabat alienâ. » Sedulâ nimirum  
mortis jugique recordatione cum bona corporis ter-  
raque despicitur, tunc animæ cœlique dona testi-  
mantur et ævidissimè comparantur. Ideo Spiritus  
sanctus hoc suæ sponsæ per angelos, hoc est, præ-  
dicatores, fabricandum indicit ornamentum, Cant. 1,  
10: *Mureculas aureas faciemus tibi vermiculatas ar-  
gento.* O novum et inauditum ornamentum, in aures  
argenti cum vermiculis! *Cum punctis argenti* legunt  
alii. Et quosnam alios dicam vermiculos, nisi qui de  
cadavere sub terram sepulto ac tabe sanieque defluen-  
te subnascuntur? Puncta hic habes et vermiculos.  
Nec enia inter nos, sive instar argenti pulehros, et  
omni ornatu speciosos opibusque opulentos, atque  
inter mortem, sepulchrum, vermes ac sanie majorem  
quam puncti distantia intercedit. Puncto miseri distan-  
tus à morte, à vermiculis, à sepulchro. O egregium  
animæ ornamentum, copiosum lucrum, thesaurum  
opulentissimum, ipsam cuique suæ mortis recordatio-  
nem! Hæc unâ frenare quis poterit lascivientis carnis  
appetitiones, cohibere motus, et quascumque mo-  
erentis animi ægritudines mitigare. Quod sanctissimus  
Job de seipso his verbis profitetur: *Putredini dixi:  
Pater meus es, et non.* Nil aliud, inquit, jam expecta-  
re libet quam donum sepulchri mei, in quâ tenebris  
et caligine obsit stravi lectulum meum, in quo us-

que ad diem resurrectionis quiescam. Ibi autem non  
de nobilitate gloriabor, non parentum meorum  
stemmata commemorabo, sed putredo factus, et ci-  
bus vermium effectus, putredinem patrem agnoscam;  
nam ex putri materiæ coagulatus sum; et vermes eo  
affectu, quo filii diligunt matrem, et fratres sorores  
suas, amore complectar, quoniam inter illos quasi  
inter fratres et cognatos usque ad orbis immutationem  
permanebo. Hic exclamat meritò S. Augustinus:  
« Et quam turpis pater, et quam vilis mater, quam  
abominabilis soror! Conceptus de fetore per ardo-  
rem libidinis putrefacto; cujus tamen cadaveri quasi  
funebres vermes assistunt. Virus produxit faciem,  
et jam mortuus producit fetorem et putredinem.  
« Virus amicum hominem impugnavit, mortuus ver-  
mes plurimos impinguat. Quid ergo fœdus huma-  
no corpore? quid horribilius corpore mortuo? cujus  
gratissimus erat amplexus in vitâ, molestus etiam  
erit aspectus in morte. Quid ergo prosunt divitiæ,  
quid epulæ, quid delicia? Non liberabunt à morte,  
non defendunt, non eripiunt à fetore. Qui quondam  
sedebat in throno gloriosus, modo latet despectus  
post mortem in tumulo. Qui stabat ornatu in aula,  
modo sedet immundus in tumba. Qui vescebat  
de deliciis in cœnaculo, modo consumitur à vermiculis  
in sepulchro. » Sic ille.

VERS. 15. — UBI EST ERGO NUNC PRÆSTOLATIO MEA;  
ET PATIENTIAM MEAM QUIS CONSIDERAT (1)? Conclusio est  
totius argumentationis quâ suorum amicorum dicta  
refellit, quibus ei spe salutis, si frangi feret, ostendebant;  
id est: Cum hæc ita sint, ut jam animam  
agam, et tantum de sepulchro cogitem, in quantum hu-  
jus vitæ re spes mea erit? aut qui possim, debeam  
aut velim sperare pristina bona presentia, ut vos  
suggeritis, cum ipsa me vita citò defectura sit? Præ-  
terquam quòd levis illa consolatio viro probo esse de-  
bet, quæ hujus nititur vite commodis, sæpè fallax  
et incerta est. Non enim semper bonorum hominum  
detrimenta in hæc vitâ resarcitur, sed plerumque  
miseriis et malis omnibus oppressi moriuntur, di-  
cente et illis Apostolo, Hebr. 11, 53: *Alii distanti  
sunt non suscipientes redemptionem, ut meliorem inven-  
irent resurrectionem; alii verò lubrica et verbera ex-  
periti, insuper et vincula et carceres, lapidati sunt,  
secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt;  
circiterant in melotis, in pellibus caprinis, ægentes,  
angustiati, afflicti; quibus dignum non erat mundus  
in solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis,  
et in cavernis terræ. Facit enim magno et excelsio ani-  
mo virum rerum humanarum contemptio, non eorum  
spes, sed spes ea quæ in Deo posita sit. Sicut*

(1) Si communis rerum omnium finis mors est, si  
pus et vermes nostra hereditas erunt, quæ mihi spes,  
quod solamen in hac vitâ superest? Unde ergo peten-  
da est, ad quam me hortamini, ô Eliphaz, vosque  
amici, patientia? Cur infelicem sortem meam non  
oleam? Quis modum lacrymis meis imponat? An spes  
melioris conditionis, novæque prosperitatis? Heu!  
Quid mihi sperandum nisi sepulchrum? Hic de-  
nique futurum est, ut quietem aliquam inveniam;  
neque antea id me consecuturum spero. (Calmè.)

dicit David, Psal. 38, 8: *Quæ est expectatio mea?*  
*nomine Domini? et substantia mea apud te est.* Optimè  
exponit S. Gregorius, lib. 15 Moralium, cap. 17:  
« Quæ esse potuit præstolatio justorum, nisi justus et  
justificatus Deus, qui ad penas humani generis  
spontè descenderet, et captivos mortis justitiæ suæ  
virtute liberaret? hujus enim presentiam minime  
cessabam intentâ cogitatione præstolari, quam quan-  
doque esse venturam noverant, sed venire citius  
quererent. Dicit ergo: *Patientiam meam quis con-  
siderat?* quia quod disponenti breve est, longum est  
amanti. Unde adhuc dilationis suæ damna conside-  
rans, hoc quod jam prædixerat repetit, et descensu-  
rus ad ima, vocem doloris ingemnat, dicens: »

VERS. 16. — IN PROFUNDISSIMUM INFERNUM DESCEN-  
DENT OMNIA MEA: PUTASNE SALTEM IBI ERIT REQUIES  
MIMI? Infernum hic passim interpretes exponunt de  
sepulchro, sed meritò Pineda noster cum S. Gregorio  
et plerisque Patribus contendit hic agi de inferorum  
loco sive limbo: Primò, quia additum epithetum  
*profundissimum*, quod non aptetur benè sepulchro;  
deinde, quia dicit: *Descendent omnia mea*, hoc est,  
præcipua mea, nempe anima quâ potissimum sum  
homo, unâ cum iis quæ propriè sunt mea, non quæ  
fortunæ aut mundi; propria verò sunt cogitationes,  
dicta, facta, pro quibus solis, ut quæ nostra sunt  
(in bonis gratiam suppono), retributio expectanda.  
Hujus enim aspectu additur dubitatio:

PUTASNE SALTEM IBI ERIT REQUIES MIMI? Id est,  
ibine statim dabitur requiescere? non erit opus ulti-  
CAPUT XVIII.

1. Respondens autem Baldad Subites, dixit:
2. Usque ad quem finem verba jactabitis? intelligite prius, et sic loquamur.
3. Quare reputati sumus ut jumenta, et sordidimus coram vobis?
4. Qui perdis animam tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, et transferentur rupes de loco suo?
5. Nonne lux impij extinguetur, nec splendet flamma ignis ejus?
6. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, et lucerna, quæ super eum est, extinguetur.
7. Arcubuntur gressus virtutis ejus, et præcipitabit eum consilium suum.
8. Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat.
9. Tenebitur planta illius laqueo, et exardescet contra eum sitis.
10. Abscondita est in terrâ pedica ejus, et decipula illius super semitam.
11. Undique terrebut eum formidines, et involvent pedes ejus.
12. Attenuetur fame robur ejus, et inedia invadat costas illius.
13. Devoret pulehritudinem cutis ejus,

riori expiatione? Vides ut vir justus adhuc paveat et  
trepidat; et audent hæretici etiam toti flagitiis operi-  
tî certò sibi omnia tuta, quiete, felicia reponit? In  
Hebræo est: *Baddet seculi terada*, quod Santes  
vertit: *In sepulchrum descendunt*; Aras vero reddit:  
*Fulcra inferni descendunt*; quod nonnulli Rabini,  
quos adfert Pagninus, ad ipsum Jobum referunt,  
cujus *fulcra*, id est, membra, brachia, vires, adhecque  
spes ipsa vitæ jam conciderant. Vox autem Hebræa  
*baddim* propriè *vetes* significat, et quiddam adinstar  
vectium aliquè sustentat; cujusmodi sunt rami ma-  
jores et crassiores, aut radices in arbore, nec non  
pedes et brachia in corpore humano. Per *vetes* ita-  
que sen fulcra inferni designantur intimi recessus et  
abditissima inferni penetralia, quæ Vulgatus optimè  
*profundissimum infernum* appellat, non quidem abso-  
lutè, sed comparativè, ut nimirum profundum sit  
respectu cœli aer caliginosus, in quo sunt demones,  
profundus locus habitationis nostræ, profundissi-  
mum limbus Patrum, ad quem Job erat descendurus.  
Ita S. Thomas in 5 Sententiarum, dist. 32, quæst. 2,  
art. 2. Quamquam idem doctor quadruplicem distin-  
gat infernum, scilicet inferum, seu damnatorum,  
ubi est carentia visionis divinæ et pena sensûs; et  
huic superiorem, scilicet purgatorium, in quo est ca-  
rentia visionis sine penâ sensûs; tertium purgato-  
rium, in quo est carentia visionis et pena sensûs ad  
tempus, non tamen sine gratiâ; ultimum denique,  
in quo sit carentia visionis sine ullâ penâ sensûs aut  
gratiæ privatione, quæ est limbus Patrum.

## CHAPITRE XVIII.

1. Baldad de Subites répondit à Job, et lui dit:
2. Jusqu'à quel point vous répandrez-vous en tant de paroles inutiles? Comprenez ce que nous vous disons, avant d'y répondre; et après cela nous vous parlerons, et nous nous entendrons volontiers avec vous.
3. Mais pourquoi passions-nous dans votre esprit pour des animaux sans raison? et pourquoi n'avez-vous que du mépris pour nous?
4. Si vous êtes résolu de perdre votre âme dans votre fureur, par la témérité avec laquelle vous osez accuser Dieu d'injustice, plutôt que de vous reconnaître coupable, la terre sera-t-elle abandonnée à cause de vous? et les rochers seront-ils transportés hors de leur place? Dieu, pour s'accommoder à vos raisonnements, renversera-t-il l'ordre de sa monde, et qu'il a toujours gardé invariablement?
5. Or, selon cet ordre immuable, le luminaire de l'impie ne s'éteindra-t-elle pas plutôt que celle du juste? et la flamme qui sort de son feu ne sera-t-elle pas sans éclat?
6. La clarté qui luisait dans sa maison sera obscurcie; la lampe qui éclairait au dessus de lui perdra sa lumière, sa gloire s'évanouira et se dissipera entièrement.
7. Avec toute sa force, il ne marchera qu'à l'étrémité et avec peine; et se trouvant privé de sagesse, ses conseils le feront tomber dans le précipice.
8. Car il a engagé ses pieds dans les rêts qu'il avait tendus aux autres; et il marchera au milieu de filets qu'il leur avait dressés.
9. Son pied sera pris dans ce filet même, et il suit de celui qui est allé de son sang, sera satisfait: il se jettera sur lui, et le dévorera.
10. Le piège qu'on lui a préparé à lui-même est caché sous la terre qu'il foule aux pieds; et on lui tend un piège le long du sentier par lequel il marche.
11. Ainsi les terreurs l'assiégeront de toutes parts, et l'envelopperont dans ses démarques; elles embarrasseront ses pieds, et le feront tomber.
12. La faim qu'il souffrira changera sa force en langueur, et son estomac n'ayant point de nourriture, deviendra tout faible.